

SECRETA - Súcipe, quæsumus, Dómine, múnera, quæ tibi de tua largitate deférimus: ut hæc sacrosáncta mystéria, grátiae tuæ operánte virtúte, et præsentis vitæ nos conversatióne sanctíficent, et ad gáudia sempitérna perdúcant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum.

COMMUNIO (*Psalm 33, 9*) Gustáte et vidéte, quóniam suávis est Dóminus: beátus vir, qui sperat in eo.

POSTCOMMUNIO - Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cæléste mystérium: ut, cujus exséquimur cultum, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

TICHÁ MODLITBA - Přijmi, prosíme, Pane, dary, které ti z tvé štědrosti přinášíme, aby tato přesvatá tajemství mocí tvé milosti nás v nynějším životě posvěcovaly a dovedly do radosti věčné. Skrze Pána našeho Ježíše Krista, Syna tvého, jenž s tebou žije a kraluje v jednotě Ducha Svatého.

K PŘIJÍMÁNÍ (*Žalm 33, 9*) Okuste a vizte, jak sladký jest Pán. Blahoslaven člověk, jenž v něho doufá.

PO PŘIJÍMÁNÍ - Budiž nám Pane, nebeské tajemství k obnově duše a těla, abychom pociťovali účinek toho, co slavíme. Skrze Pána našeho Ježíše Krista, Syna tvého, jenž s tebou žije a kraluje v jednotě Ducha Svatého Bůh.

## Neděle osmá po Svatém Duchu

INTROITUS (*Ps. 47, 10-11*) Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: justítia plena est déxtera tua. (*Ps. ib. 2*) Magnus Dóminus, et laudábilis nimis: in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus. V. Glória Patri.

ORATIO - Largíre nobis, quæsumus, Dómine, semper spíritum cogitánda quæ recta sunt, propítius et agénda: ut, qui sine te esse non pössumus, secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.

LÉCTIO Epístolæ b. Pauli Apóstoli ad Romános (8, 12-17).

Fratres: Debitóres sumus non carni, ut secúndum carnem vivámus. Si enim secúndum carnem vixeritis, moriémini: si autem spírítu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicúmque enim spírítu Dei agúntur, ii sunt fílii Dei. Non enim accepístis spíritum servitútis íterum in timóre, sed accepístis spíritum

VSTUP (*Ž. 47, 10-11*) Přijali jsme, Bože, milosrdenství tvé uprostřed tvého chrámu. Jako jméno tvé, Bože, tak i chvála tvá sahá až do končin země. Pravice tvá jest plna spravedlnosti. (*Ž. tamt. 2*) Veliký jest Pán a nad míru hoden chvály, v městě Boha našeho, na hoře svatě jeho. V. Sláva Otci.

MODLITBA - Uštědři nám, prosíme, Pane, povždy milostivě ducha správného smýšlení a konání, abychom, ježto bez tebe býti nemůžeme, dovedli podle tebe žítí. Skrze Pána našeho.

ČTENÍ z listu svatého Pavla Apoštola k Římanům (8, 12-17).

Bratři! Jsme povinni nikoli tělu, abychom podle těla žili. Neboť budete-li žítí podle těla, zemřete; budete-li však duchem skutky těla umrtvovati, budete žítí. Vždyť všichni ti, kteří se dávají věsti duchem Božím, jsou synové Boží. Nepřijali jste zajisté ducha služebnosti, abyste se zase strachovali, nýbrž přijali

adoptiōnis filiōrum, in quo clamāmus: Abba (Pater). Ipse enim Spīritus testimōnium reddit spīritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et herédes: herédes quidem Dei, coherédes autem Christi.

GRADUALE (Ps. 30, 3) Esto mihi in Deum protectōrem, et in locum refūgii, ut salvum me fácias. V. (Ps. 70, 1) Deus, in te sperāvi: Dómine, non confúndar in aetérnum. Allelúja, allelúja. V. (Ps. 47, 2) Magnus Dóminus, et laudābilis valde, in civitatē Dei nostri, in monte sancto ejus. Allelúja.

EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam (16, 1-9). In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Homo quidam erat dives, qui habébat vilicum: et hic diffamátus est apud illum, quasi dissipásset bona ipsius. Et vocávit illum et ait illi: Quid hoc áudio de te? reddē ratiōnem villicatiōnis tuæ: jam enim non póteris villicáre. Ait autem villicus

jste ducha synovství, ve kterém voláme: Abba, Otče. Ano i Duch vydává svědectví s duchem naším, že jsme dítkami Božími. Jsme-li však dítkami, tedy i dědici; dědici Božími a spoludědici Kristovými.

STUPŇOVÝ ZPĚV (Ž. 30, 3) Budiž mi Bohem-ochráncem a místem útočiště, abych byl tebou zachráněn. V. (Ž. 70, 1) Bože, v tebe doufám. Pane, ať nejsem nikdy zahanben. Aleluja, aleluja. V. (Ž. 47, 2) Veliký jest Pán a nad míru hoden chvály, v městě Boha našeho, na hoře svaté jeho. Aleluja.

EVANGELIUM † Pokračování sv. Evangelia podle Lukáše (16, 1-9). Za onoho času řekl Pán Ježíš k učedníkům svým podoběnství toto: Byl jeden člověk bohatý, který měl správce statků a ten byl udán u něho, jako by rozplýtvával jeho majetek. I povolal ho k sobě a řekl jemu: Co to slyším o tobě? Vydej počet ze správy své, neboť již nebudeš moci správu vésti. I řekl správce

intra se: Quid fáciam, quia dóminus meus aufert a me villicatiōnem? fódere non váleo, mendicáre erubésco. Scio, quid fáciam, ut, cum amótus fúero a villicatiōne, recípiant me in domos suas. Convocáti itaque síngulis debitóribus dómīni sui, dicébat primo: Quantum debes dómīno meo? At ille dixit: Centum cados ólei. Dixítque illi: Accipe cautiōnem tuam: et sede cito, scribe quinquaginta. Deínde álii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros trítici. Ait illi: Accipe líttēras tuas, et scribe octogínta. Et laudávit dóminus villicum iniquitátis, quia prudēter fecísset: quia filii hujus sáculi prudentiōres filiiis lucis in generatiōne sua sunt. Et ego vobis dico: fácite vobis amícos de mammóna iniquitátis: ut, cum defecéritis, recípiant vos in aetérna tabernácula.

OFFERTORIUM (Ps. 17, 28 et 32) Pópulum hūmílem salvum fácies, Dómine, et óculos superbórum humiliábis: quóniam quis Deus præter te, Dómine?

sám u sebe: Co mám dělati? Neboť pán odnímá ode mne správcovství. Kopati nemohu, žebrati se stydím. Víím, co učiním, aby mě přijali do domů svých, když budu zbaven správcovství. A zavolav k sobě jednoho každého z dlužníků svého pána, řekl prvnímú: Kolik jsi dlužen pánu mémú? On pak řekl: Sto tun oleje. I řekl mu: Vezmi úpis svůj a sedna rychle, napiš padesát. Potom řekl druhému: Ty pak, kolik dluhuješ? A on řekl: Sto korců pšenice. Dí jemu: Vezmi úpis svůj a napiš osmdesát. I pochválil pán správce nevěrného, že jednal opatrně; neboť lidé oddaní světu tomuto jsou opatrnější vzhledem k sobě vespolek, nežli lidé oddaní Bohu. I já pravím vám: Učiňte si přátele z mamony klamně, aby, když dokonáte, přijali vás do stanů věčných.

OBĚTOVÁNÍ (Žalm 17, 28 a 32) Lidu utištěnému pomáháš, Pane, a oči pyšných pokořuješ, neboť kdo jest Bohem kromě tebe, Pane?